

1968

Decret «Cum ad Catholicae Fidei» créant la Préfecture de la Cimbébasie — (3-VII-1879)

António Brásio

Follow this and additional works at: <https://dsc.duq.edu/angolavol2>

Recommended Citation

Brásio, A. (Ed.). (1968). Decret «Cum ad Catholicae Fidei» créant la Préfecture de la Cimbébasie. In *Angola: 1868-1881*. Pittsburgh, PA: Duquesne University Press.

This 1879 is brought to you for free and open access by the Spiritana Monumenta Historica at Duquesne Scholarship Collection. It has been accepted for inclusion in Angola:1868-1881 by an authorized administrator of Duquesne Scholarship Collection.

DÉCRET «CUM AD CATHOLICAE FIDEI»
CRÉANT LA PRÉFECTURE DE LA CIMBÉBASIE

(3-VII-1879)

SOMMAIRE — *La Propagande crée une nouvelle Préfecture apostolique dans l'Afrique Australe, en détermine les limites et en charge la Congrégation du Saint-Esprit, en nommant le Supérieur Général comme Préfet et le Père Charles Duparquet comme Vice-Préfet.*

Cum ad catholicae fidei propagationem in regionibus Africae Australis expedire visum fuerit Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando, ut nova Praefectura apostolica ibidem erigatur, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres ejusdem Sacri Consilii, in generalibus Comitibus habitis die 28 Aprilis 1879, unanimiter censuerunt statueruntque ut praedicta Praefectura in ea parte quae vulgo Cimbebasia vocatur institueretur, atque Congregationi S. Spiritus et S. Cordis Mariae concrederetur.

Voluerunt autem Eminentissimi ac Reverendissimi Patres ut limites ejusdem Praefecturae essent: ad Occidentem, Oceanum Atlanticum; ad Meridiem, flumen Orange; ad Orientem, flumen Haart et republica Transvaallensis, quae pertinent ad Vicariatum apostolicum Natalensem; ad Septentrionem vero flumen Cunene, cursus inferior fluminis Cassai et flumen Liba ⁽¹⁾ scilicet pars occidentalis Zambezi.

Ut vero administrationi ac regimini ejusdem Praefecturae magis provideretur, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres

(1) Dans l'original: Ciba.

decreverunt ut Superior Generalis ejusdem Congregationis S. Spiritus et S. Cordis Mariae, Praefectus supradictae regionis existens, suam jurisdictionem per Vice-Praefectum ibidem comorantem exerceat, ad quod munus in praesens elegit Patrem Carolum Duparquet.

Tandem Eminentissimi ac Reverendissimi Patres voluerunt, ut eadem Congregatio S. Spiritus regendam etiam susciperet Praefecturam Capitis centralis Bonae Spei, quae hucusque concredita fuit Patribus Societatis Missionum Africanarum Lugdunensium, ac ut vicissim eadem Congregatio S. Spiritus cederet huic ultimae Societati territorium vulgo nuncupatum *Côte d'or* et *Côte des dents*.

Hanc vero Sacrae Congregationis resolutionem cum R. P. D. Joannes Baptista Agnozzi Sanctissimo D. N. Leoni Papae XIII in audientia diei 7 Maii 1879 retulisset, Sanctitas Sua eam approbare et confirmare dignata est, ac praesens decretum expediri jussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 3 Julii 1879.

Joannes, Card. Simeoni, Praefectus

[Locus † Sigilli] *J. B. Agnozzi, Secret.*

AGCSSp. — Boîte 475-A — Original.

BGCSSp. — 1877-1881 (XI), p. 511.